





E. 26. num. 40.

1768, 53.

17

EXERCITATIO IVRIDICA

QVAESTIONEM CONTINENS:

*Vtrum confessio mariti acceptae  
dotis id efficiat, vt vidua ad iuramentum  
suppletorium sit admittenda*

QVAM

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE

P R A E S I D E

D. FRID. GOTTLIEB ZOLLERO

COD. P.P. ECCLES. CATHEDR. MARTISBURG. CAPITVL. CVRIAE  
IN PROVINCIA SVPREMAE, IVDIC. LVSAT. INFERIOR. NEC  
NON FACVLTV. IVRID. ASSESS. ET ACADEMIAE  
DECEMVIR.

IN AVDITORIO ICTORVM

D. II. MAII MDCCLXVIII.

P V B L I C E D E F E N D E T

IOHANNES FRANCISCVS GERBER.

L I P S . M I S N I C .

L I P S I A E

EX OFFICINA BREITKOPFIA.



EXERCITATIO IURIDICA

QUESTIOMUM CONTINENS

Vtrum confusio iurisdictionis accipere

deus in officio iudicis ad iudicandum

populorum in officio

AN

IVRIS IGIORUM QVIAM AIGORITATE

P. R. A. E. S. I. D. E.

D. FRID. GOTTLIB. ZOLLERO

DOT. P. P. SCOLAE CAETHE. MARTISBURG. CAETHE. CAETHE.

IN PROVINCIA SACCINIAE IUDIC. IURIS. IURIS. IURIS.

NON FACULT. IURIS. IURIS. IURIS.

DE IURE.

IN ACADEMIA PICTORVM

ANNO MDCCLXXIII

IN ACADEMIA PICTORVM

IOHANNES FRANOISCVS GERBER

EDIT. MDCCLXXIII

L I P S I A E

EX OFFICINA PICTORVM





*Vtrum confessio mariti acceptae dotis id efficiat,  
ut vidua ad iuramentum suppletorium sit  
admittenda.*

§. I.

**E**ximius est fauor, quem leges tam antiquae quam recentiores bonis vxorum praesertim dotalibus tribuere non dubitauerunt. *Interest* etenim ait *Paulus l. 2. ff. de Iur. dot. reipublicae, mulieres dotes saluas habere, propter quas nubere possint.* Hanc ob causam, quamvis marito, quem caput familiae et mulieres inuitae profiteri coguntur competat certo modo imperium pariter in personam et bona, nihilominus tamen leges prospexerunt vxori, ne soluto matrimonio dos pereat, et eius conditio fiat deterior. Testatur hoc hypotheca tacita, quae a die consummati matrimonii ex *leg. unie. §. fin. C. de rei vxor. act.* foeminae intuitu dotis in bonis mariti datur, et cui *L. 12. C. qui pot. in pign.* singulare adhuc priuilegium concessit, vt aliis eiusdem conditionis creditoribus praeferatur. Diximus equidem, hoc beneficium competere a die nuptiarum, haec enim

## IV

est opinio quae in Praxi triumphat, vt sc. consummatum matrimonium vnica huius rei sit causa, sed malle hoc etiam ad sponsam adplicare, cum eadem ratio quae impulit leges, vt mulieribus prospiciant, in sponsa obueniatur, et ad eandem adplicari possit.

## §. II.

Omittimus in praesentiarum ea quae de constitutione, diuisione & effectu dotis dici possunt, cum haec omnia in systematibus prolixiori tractentur stylo. Id unicui tantum dixisse sufficiat, circa probationem dotis illatae, sine qua repetitio non potest fieri, diuersas Ictorum esse opiniones, quae nobis ansam hanc exercitationem conscribendi praebuerunt. In omni equidem causa ciuili scimus probationem, vel dari artificialem, vel minus artificialem. Priorem efficiunt praesumptiones, probabilitates logicae et argumenta legis. Posterior autem potissimum vel per testes, documenta et iuramenti delationem absolui solet. Documentum est vel publicum vel priuatum, vtrumque plenam pariter quam semiplenam producit probationem, dummodo non laboret vitio, et condemnatoriam contra reum vel puram, vel praestito iuramento suppletorio, nisi aliae circumstantiae purgatorium suadeant, efficit.

## §. III.

Quae cum ita se habeant, sequentem formare licebit casum. Titia post obitum mariti repetit dotem, cui cum ab aduersa parte illatio in dubium vocetur, iniungitur probatio. Profert scripturam in qua defunctus confitetur, se duo millia

millia thalerorum dotis loco accepisse, eiusque recognitionem a reo petit. Ast ille recognitionem denegat, affirmat potius documentum esse irrecognoscibile et nihil ad probandam causam efficere. An eius asserto fides habenda vel vtrum vidua ad iuramentum suppletorium admitti possit quaestio oritur.

## IV.

Qui negatiuam hac de re statuunt sententiam, non deficiunt, eorumque argumenta ita sunt comparata, vt haud exiguum veritatis gradum tangant. In eo sc. omnes ferme consentire videntur, quod coniuges inuicem testimonium deponere nequeant, sed potius pro inhabilibus habeantur. Adfistere ipsis putant *l. 3. C. de Test.* vbi Imperator expresse, quod iure ciuili domestici testimonii fides improbetur, declarat, et tali ratione probat, quod iam Lege Iulia Teste *Paulo l. 4. ff. de Test.* erat cautum, praesertim, cum in hoc responso viri et vxoris fiat mentio. Nec minorem effectum producere existimant *l. 6. C. de Test.* secundum quam parentes et liberi inuicem aduersus se nec volentes ad testimonium admittendi sunt. Difertis equidem verbis de coniugibus in lege tertia et sexta *C. de Testib.* nihil inuenies dispositum, et lex quarta *ff. de Testib.* partim agit de causis criminalibus, id quod verba initialia, iudiciorum publicorum denotant, partim tantum prohibet, ne eiusmodi personae inuitae ad dicendum testimonium compellantur, de causa vero ciuili et vt volentes sint repellendae nil dicit. Cum vero Teste *Pedio l. 13. ff. de LL.* quotiescunque vnum vel alterum introductum est, cae-

tera, quae tendunt ad eandem vtilitatem, vel interpretatione vel certe iurisdictione supplere liceat, ratio vero cur parentes et liberi inuicem deponere testimonium non possint et in coniugibus, qui maiorem sibi amorem et reuerentiam debent, obueniatur, per extensiuam interpretationem has leges adplicandas esse adfirmant conf. *Leysser. spec. 283. med. 21. Carpzou. Lib. III. Resp. 89. Num. 23. Mascard. de Probat. Vol. III. Conol. 1421. No. 1. et 10.* Cui et accedit, quod vir et vxor sint duo in carne vna, iuxta illud Genes. V. i. vnum corpus et vna anima, quod efficit vt in propria quasi causa deponant, tales vero testes *l. 10. ff. de Testib.* nunquam admittuntur.

## §. V.

Aliud argumentum ex praesumptione sinistra quam confessio mariti, si vxor eadem ad probandam dotem vti vellet, operatur, desumunt. Facile enim fieri posse putant, vt maritus in fauorem vxoris, cui alias ex eius bonis nihil competeret, confiteatur dotem, quam tamen nunquam accepit, et hac ratione creditoribus, ad quos massa debitoris obaerati de iure pertinet, praeciudicium inferat. Cauendum autem sedulo est, ne dolo praestemus patrocinium et dum ad suppletorium admittimus foeminam periurio praebeamus ansam. Quam ob causam *Carpzou. P. I. C. XXIIIX. def. 73.* confessioni mariti, quamuis instrumento publico sit facta nullam tribuit fidem, nec doti priuilegium praelationis competere putat, si maritus iurato illationem dotis confessus fuerit, ex ratione, quod iuramenti virtus et effectus tertio nequeat praeciudicare, et confessio



fectio eiusmodi nihil aliud fit quam donatio inter virum et uxorem, quae constante matrimonio per iuramentum robor et auctoritatem consequi non potest, eandemque sententiam praedictis probat.

## §. VI.

Intermediam alii ferunt opinionem, et vtuntur distinctione, vtrum viduae sit negotium cum haeredibus, vel creditoribus aut illis ad quos iure proprio nullo habito respectu ad successionem bona defuncti pertinent. In priori casu confessionem mariti pondus addere causae et plenam efficere probationem adserunt. Nec aliter sentire possunt, quia haeredes, qui in vniuersum ius et obligationem succedunt, voluntati defuncti obtemperare, eiusque facta omni vltiori cognitione cessante ratihabere tenentur. Idque eo magis, cum ius Nouellarum *Nov. 100. c. 2.* omne, quod de hac re moueri potest, dubium tollat. Ast in posteriori casu confessioni maritali omnem efficaciam denegant, et sententiae in prioribus propositae, quod ne quidem vidua ad suppletorium sit admitenda, ex asse adstipulantur.

## §. VII.

De veritate huius asserti equidem in praxi non dubitamus, cum quotidiana experientia edoceat, pleraque Ictorum collegia in pronuntiando eandem sequi sententiam. Ast cum et contrarium quatenus principiis iuris est conueniens, proponere et defendere licitum, insuperque et alii a sententia Carpozouii, cuius rationes, vti infra demonstrabimus, non omni

exce-

## VIII

exceptione sint maiores, discedant, quid nobis hac de re placeat ad diiudicandum proferamus.

## §. VIII.

Abfolui potest probatio uti ab initio diximus, etiam per documenta eademque non solum publica, sed etiam priuata, quamuis illa Iure Saxonico hac potissimum gaudeant praerogatiua, ut recognitionem non desiderent, sed omissa ea plene probent. In processu ciuili expediti iuris est, ut is qui semiplene probauit in regula ad iuramentum, per quod supplet illud quod deest plenae probationi sit admittendus. Tristis per se est conditio foeminarum, quae per documentum illationem dotis probare non possunt, aut multo grauior erit iniuria, si de illis, quod confessio mariti nihil plane probet, dicere velimus, potissimum cum haec decidendi ratio ex vaga quodam et penitus incerto deducatur principio. Negamus etenim in totum, quod maritus in propria causa testimonium deponat, est potius debitor quem iura ut creditori volenti confessionem, ex qua actio institui possit, tradat, fringunt. Aut creditor qui ex confessione debitoris quantitatem petit, nihil probat, sed causa eius satis defensa est, et debitori, qui solutionem factam negat, ut exceptionem non numeratae pecuniae probet, incumbit. Cum itaque in concursu creditorum curator mandatario nomine debitoris agat, et excipiat, illi potius contrarii probatio est iniungenda, quam si suscipere nolit vel non possit, nihil adest, quod viduam a religiosa asseueratione arcere possit.

## §. IX.

## §. IX.

Nec obstat praesumptio illa aduersa, maritum in fraudem creditorum uxori prospexisse et contra regulas bonae fidei negotium suscepisse. Quilibet etenim in dubio praesumitur bonus, donec contrarium extet. Ex eo, quod debitor bonis lapsus creditores suos deceperit, non desumi potest argumentum, cum a diuerso ad diuersum non valeat consequentia, alias enim nullus creditorum ex confessione debitoris debitum probaret, cum metuendum esset, inter debitorem et creditorem factam collusionem et negotium, vt ita dicam, palliatum celebratum esse. Imo si haec praesumptio in negotiis a coniugibus celebratis sibi vindicat locum, vidua nec ex pactis dotalibus, nec ex alio contractu cum marito inito, actionem instituire potest, quod tamen nullus Istorum, nisi circumstantiae singulares dolum aggrauantes adsint, defendet. Accedit et ipsius iuramenti religio, vnusquisque enim qui iurat, et Deum veritatis testem inuocat, conscientiae habebit rationem, nec periurium de eo praesumi potest, si enim non ita sentiremus, nullus ad praestationem iuramenti esset admittendus, ab hac vero praesumptione foemina nec ex principiis sanae rationis, nec ex dispositione legum excluditur. Ponamus etiam adhuc remanere dubium, vtrum foemina marito vere intulerit dotem, cum de occultis non iudicet ecclesia, aequius tamen est, cum *l. 56. ff. de Reg. Iur.* in dubio semper benigniora sint praefenda, vt viduae, quam imbecillitas sexus et fauor causae defendit, prospiciamus et eius conscientiae decisionem causae relinquamus.

B

Aliud

## §. X.

Aliud argumentum ad causae probationem spectans in eo consistit, quod periret dos, si hoc medium probandi penitus denegare vellemus. Saepiuscule enim contingit, ut aliis modis, quibus iustitiam causae defendere possit, vidua destituatur. Finge Titium dedisse Caio tria millia thalerorum dotis loco, nec desiderasse ab eo chirographum, optima enim quaeque de ipso sperabat et eius fidei committebat negotium, vxor mortuo patre, cuius haereditatem ab intestato appetit, adhuc quatuor millia thalerorum tanquam bona paraphernalia marito tradit, ab eo tamen, cum nec habeat prolem, nec talem sperare possit, ut illationem totius summae, ne post mortem in dubium vocari possit, confiteatur, petit, cuius desiderio maritus cum videat, petitem iustum et honestum esse, satisfacit, et qualitatem bonorum pariter ac quantitatem consueta scriptura adfirmat; Ex intervallo temporis decedit maritus, circa cuius bona mouetur concursus. Vidua iure praelationis illata repetens producit scripturam, in qua defunctus confitebatur illationem bonorum, quam non admittit Curator Litis, sed probationem desiderat, quod si vidua alio modo sibi non prospicere et probationem clariorem reddere potest, amittit dotem, praecidium sentit et sine culpa in eam redigitur conditionem, ut nihil habeat, unde sibi alimenta quaerere possit, quod iniquum et reipublicae perniciosum. Nihil enim imputandum est vxori, quae praeter scripturam cautionem a marito exigere non poterat, cum *l. 2. C. ne fideiuss.*

vel

vel mandat. dot. dent. ne causae perfidiae in connubio genere-  
tur, omnis satisfactio vel mandatum pro dote exigendum,  
prohibeatur. Potius cum ex conseruatione dotis respublica  
sentiat emolumentum et in *ambiguis l. 10. ff. de iur. dot. pro do-  
tibus respondere melius sit*. Insimul *Iauolenus l. 1. ff. de Pact. dot. pa-  
cta de dote reddenda*, quae sine dubio confessionem mariti  
continent, probet, meliori iure adfirmamus viduam per scri-  
pturam mariti eatenus probasse, vt pro conseruanda dote ad  
suppletorium admitti possit.

## §. XI.

Nec mouet id quod *Carpzov. P. 1. C. XXIIIX. def. 72. 73.*  
et 75. in contrarium profert, cum ratio, ex qua decisionem  
deducit, non omnibus numeris absoluta et perfecta dici pos-  
sit. Nescio enim, quo iure in def. 73. adfirmare potuerit, con-  
fessionem mariti nihil aliud esse quam donationem inter vi-  
rum et vxorem. Donatio enim est actus merae liberalitatis  
cum *l. 82. ff. de R. 3. donari videatur, quod nullo iure cogente*  
conceditur. Ast quae est liberalitas in marito, qui dum con-  
fiteretur acceptam dotem, debitoris vices sustinet et ad sum-  
mam restituendam inuitus de iure cogi potest; insuper do-  
nationem quae in solo facto consistit, in regula nunquam prae-  
sumimus, potius aduersae parti exceptionem hanc alleganti,  
incumbit onus probandi. Multo minus ratio in def. 75. pro-  
lata, nempe quod deficiat femiplena probatio, ob quam iura-  
mento suppletorio locus, aliquid efficit, cum assertum, con-  
fessionem mariti esse testimonium plenum simulationis et

consilii fraudis incertum et regulis praesumendi plane contrarium, decisionem certam nunquam producat.

## XII.

Multominus adstipulor illis, qui, vt vxoribus aliqua ex parte prospiciant, et a stricto iure recedere videantur, tempus, quo maritus apocham acceptae dotis dedit, distinguere solent. Si nempe maritus breui ante concursum motum confessus fuerit debitum negant, id aliquid efficere posse, aut si eo tempore, quo nullus imminabat concursus agnouerit debitum, vtique vxoris religiosae asseuerationi fidem habendam esse censent. Fundamentum ita sentiendi in eo quaerunt, quod in priori casu euidentis adfit praesumptio, maritum animo et consilio defraudandi creditorés id egisse, quae nisi euidentis adfit probatio in contrarium, vxorem a dotis repetitione excludat. Sed hoc ipsum mihi inconueniens et non satis adaequatum videtur. Dolum enim ad quem aduersarii prouocant, nunquam uti iam in superioribus demonstraui, praesumimus. Accidere imo saepiuscule potest, quod vxor, cum sentiat maritum ad inopiam vergere, ipsum adigat, vt apocham acceptae dotis, ne substantia, cum alia probationis media deficient percat, tradat. Contra regulas iustitiae sane ageret is, qui viduam, ob praesumptionem sinistram ex singulari tantum opinione prouenientem a repetitione dotis excludere vellet. Potissimum cum eo ipso dum praestat iuramentum, omnem suspicionem doli, si talis concipi possit, elidat, et idem promeretur beneficium, quod illis contra quos probatio semiplena minor excitatur, attribuere non dubitamus.



Leipzig, Diss., 1768 P-Z

X 241 7957









C. 26. num. 40.  
1768/53.

IO IVRIDICA

M CONTINENS:

*mariti acceptae*  
*vidua ad iuramentum*  
*sit admittenda*

A M  
ORDINIS AVCTORITATE  
S I D E

LIEB ZOLLERO

ARTISBURG. CAPITVL. CVRIAE  
VDIC. LVSAT. INFERIOR. NEC  
ASSESS. ET ACADEMIAE  
MVIR.

IO ICTORVM

MDCCLXVIII.  
D E F E N D E T  
NCISCVS GERBER.

ISNIC.

I A E  
BREITKOPFIA.

